



**Totius Iuris Canonici Compendium, siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De integrum restitutione. Titulus XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

cum §. aliquando, si in pecuniam, aliam verem conuersa sit, nihil ultra querendum est, quis exitus sit, sed omnino locuples videtur, licet postea desperdat, d.l. si ipsa res, periculum vero interitus rei pertinet ad eum, qui metum intulit, etiam si sine dolo malo & culpa eius perierit, & te perempta durat arbitrium iudicis, nisi eodem modo erat peritura penes auctorem, aut pereat post secundam sententiam intra tempus iudicati, l. i. & ibi Bart. post gloss. C. hoc tit. d.l. si cum §. quatenus & ibi Bartol. & D.D. non propter dilationem legalem, quia haec excusat ab usurpi, non ab interitu rei, tum quia præcessit mora, quæ per sententiam, non est purgata, sed aggrauata, sed speciale est, quod reperempta, intra tempus, quoddarut iudicatis post secundam sententiam, metum inferens, non tenetur de interitu propter pœnam tripli: d. §. quatenus vers. quod si homo & ibi gloss. in reb. quia tripli & D.D. communiter, fuga serui, si bona fidei possessor cauerit restitutur, si in eius potestate deuenerit, d.l. si cum §. aliquando, ab eo vero, qui metum intulit, pro eo qui in fuga esse dicitur, cautio extorquenda est, quatenus & persequatur, & omni meliori modo restituat, si inuenitur, alias estimationem, d.l. si cum §. quatenus vers. quod si homo, exceptione retentionis, propter premium, licet fecus in viexpulsua, l. si vi vel metu C. hoc tit. & ibi Bart. post glo. & Bald. quia pri vi compulsiua nullum competit possessorum, sed utilis vendicatio, aut personalis actio: exceptione tua non interest, quia haec actio damnum exigit, l. s. d. & partus §. fin. ff. hoc tit. præscriptione longi temporis per bonae fidei emptorem, non per metum in fermentem, propter eius malam fidem, nam actio quod metus causa, est personalis in rem scripta, excedit luos terminos, & exceditur a non terminis suis: gl. in l. si vi vel metu C. hoc

tit. in verbo monitus & ibi Bart. num. 10. & faciione triennij, quo ad fructus perceptos ante triennium, nam sicut, si non esset Dominus, eos præscriberet triennio, cum sit bona fidei possessor, eodem modo in hac actione præscribit fructus triennio, l. sequitur §. fructus & ibi gl. ff. de vñscap. Bart. in d. l. si vi vel metu num. 22. & ibi Bald. & pet hæredem, bona fidei possessorum, possunt vñscapi i titulo pro hærede, Caſten. in d. §. fructus.

De in integrum restitutione.

Titulus XL I.

S V M M A R I A

1. Restitutionis in integrum descriptio.

Est beneficium mixtum,

2. Restitutionis in integrum cognitionis agitanda isti apud iudices ordinarios administrationem habentes.

3. Adversus sententiam definitiuan delegati a principe solus princeps restituit.

4. Restitutionem petens, cogitur adire iudicem illius, incius preiudicium restitutionem petit.

5. Minoris virginis in quinque annis datur restitutio toto tempore minoris aetatis, & postea intra quadriennium continuum.

6. Quid iuris sit si beneficio principis aetatis veniam fuerit consecutus.

7. Minoris adversus gesta post completum vigesimum quintum annum non datur restitutio regulariter.

8. Nisi fecerit quedam ex necessaria sequela auctus gesti in minore aetate.

9. Minor restitucionem petens duo debet probare, minorem aetatem & laisionem.

10 Fallit duobus casibus.

11 Ecclesiæ datur restitutio, & vtitur iure minoris, facti maioris.

12 Republica, Civitati, Caſtro, villa datur restitutio;

13 Maior restituitur, dummodo iuxta causa probatur.

14 Re-

- 14 Restitutio datur minori, & ijs quā iure communī restituuntur in omni gesto.
 15 Aduersus contractum.
 16 In beneficiis stante lesionē.
 17 In iudicij.
 18 Aduersus aditionem hereditatis.
 19 In lucro omisso.
 20 Aduersus sententiam interlocutoriam & defini-
ticiam.
 21 Contraries bis iudicatas.
 22 Contra tres conformes.
 23 Restitutio datur minoribus, & heredibus, cate-
risq; successoribus vniuersalibus minorum.
 24 Restitutio datur contra illum, cum quo gestum
est, eiusque heredem, in subsidium contra
tertium.
 25 Restitutio non tribuitarei, qui mero iure mu-
nitus est.
 26 Quæ regula limitatur duobus modis.
 27 Restitutio ex quoconque capite petatur, datur
quadriennium continuum ad interponen-
contestationem, litemq; finiendam.
 28 Ex quadriennio subducitur omne legitimū
impedimentum.
 29 Currit quadriennium à die lesionis, & pro va-
rietate subjecti varie curr t.
 30 Dilatio probatoria qua inter metas restitutio-
nis, valer arctari, actori & reo tribuitur,
quod si inter eas angustari nequeat, actori
denegatur, reo ex iusta causa conceditur.
 31 Restitutio minori cōessa nō prodest eius fiduciis.
 32 Minoris restitutio in integrum quibus casibus de-
negatur, & plures enumerantur.
 33 Minori an detur restitutio in integrum aduersus
vscacionem, vel præscriptionem.
 34 Inductam ex ultimis voluntatibus, & conuen-
tionalēm.
 35 Statutariam.
 36 Præscriptionem triginta vel quadraginta an-
norum.
 37 Restitutio effectus varius est secundum subje-
ctam materiam.
- 38 Restitutionem petens debet soluere expensas.
 39 Restitutio postulata impedit executionem sen-
tentiae.
 40 Fallit quando ex pluribus conjecturis in peten-
te restitutione arguitur ex cogitata malitia.
 41 De Stylo Curia restitutio non retardat execu-
tionem primo loco petitam.
 42 Concissa prout de iure retardat donec cognoscatur
an sit dandæ restitutio.
 43 Restitutio semel concessa iterum conceditur.
 44 Restitutio semel denegata non conceditur ma-
jori, neque etiam ecclesia vel minori, prater-
quam ad appellationem omisssam à sententia
denegationis, vel etiam ad totam causam
propriet, ro' actiones de nouo repertas.

Dicitur est de restitutione, quæ datur
ratione metus, nunc subiectit titulum
generalem de in integrum restitutio, per
quam subvenitur. Ecclesijs & minoribus
iure communi, maioribus ex iusta causa, s.
si quis agens vers. huicenim Inst. de act. §. ex-
traneus Inst. de heredum qualit. & differ. & utro-
big. DD. Est autem t̄ iuris reintegratio, quia
iudex plurifariam hominibus, vel lapsis vel
circumscriptis subuenit, sive metu, sive cal-
liditate aduersarij, sive ætate, sive absentia
inciderunt in captionem, sive per status mu-
tationem, aut iustum errorem, l. 1. & 2. ff. de
rest. in integr. vt quilibet ius suum habeat sal-
num, tam is qui restituitur, quam alius, con-
tra quem postulatur, l. vñica C. de repud. que-
sunt in iud. in integ. restit. l. quod si minor §. re-
stitutio ff de minor. &c. nullaque actio vel cau-
to datur, sed totam pender ex cognitione
prætoris, d. l. quod si minor §. fin. c. fin. de offic.
sud. debet peti per se vel procuratorem ha-
bentem speciale mandatum, l. illud §. fin. &
l. seq. ff. de minor. &c. late Couar. variar. resol.
libr. t. cap. 6. per totum. Myns. obs. 26. cent. 2.
Est beneficium nec personale nec reale sed

B b 3;

mix

mixtum, Myns. obs. 18. cent. 4.

2. Cognitio restitutionis in integrum agitanda est apud iudices ordinarios administrationem habentes, ut episcopos &c. delegatos ab eis, siue ad universitatem causarum, quia restitutio in integrum competit iure magistratus, l. i. in princip. ff. de offic. eius cui mand. est juris. siue hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit, siue in commisso eis negotio contingat incidere huiusmodi questionem. Ordinarij vero, qui administrationem non habent, sed tantummodo facultatem iudicandi, ut capitaneus appellationum in alma urbe, delegati ab eis, ac arbitri de causa restitutionis non possunt cognoscere, nisi coram eis mota fuerit incidenter, c. pen. & ibi gloss. & Can. hoc tit. l. fin. C. vbi & apud quem cognit. restit. in integr. agit. sit. Minor magistratus contra sententiam majoris non restituit, l. minor 2. ff. de minor. &c. Successor in magistratu contra sententiam sui prædecessoris restituit, quia contra sententiam à se latam restituit, l. in causa cognitione l. 2. §. fin. cum duabus ll. seqq. ff. de minor. & successor pari, imo eadem potestate fungitur, c. innotuit §. quamvis de elect. Nullus restituit, aduersus sententiam definitiunam delegati à principe, nisi solus princeps, l. aduersus C. si aduers. rem. iud. ne quidem legatus de latere, nisi habeat speciale mandatum; c. studiisti de off. leg. c. pastoralis § quia vero de offic. deleg. aduersus suam interlocutoriam ipsemet delegatus principis potest restituere, l. fin. C. vbi & apud quem cog. restit. in integr. & ibi Bart. & DD. in d. l. aduersus. Regulariter petens restitucionem, cogitur adire iudicem: illius, in cuius præiudicium restitucionem petit; l. 2. C. vbi & apud quem cognit. restit. in integr. &c. & ibi Bart. & DD. Speciale est in ecclesia & personis ecclesiasticis, quod possint etiam in bonis patrimonialibus petere restitucionem

in integrum, coram iudice ecclesiastico, aduersus contractum cum quocunque etiam laico initum, & præscriptionem inductam ex statuto seu consuetudine laicorum, c. pen. dreb. eccl. alien. vel non. Pan. in c. 1. n. 18. & inc. constitutus in 1. not. hoc tit. Couar. var. resol. lib. 1. c. 4. n. 2. & seqq. Datur restitutio † minori vigintiquinque annis toto tempore minoris ætatis, quod spectatur à momento in momentum & lœlio contingat ultimo momento vigesimi quinti anni, si natus sit bisexto, siue priore siue posteriore die, duo dies computantur pro uno, l. 3. §. minore ff. de minor. &c. momento completo olim habebat vitalem annum, hodie quadriennium continuum, quod incipit currere ex quo vigesimi sexti anni dies illuxerit, l. fin. C. de temp. in integr. restit. & si forte † beneficio principis ætatis veniam fuerit consecutus, quæ perraro indulgetur, l. denique ff. hoc tit. l. 2. C. de his qui veniam stat. impetrant. non à data rescripti, sed ex eo die, quo huiusmodi indulgentia in iudicio competenti fuerit intima, eique administratio propriæ rei permissa, ita tamen ut nunquam minoribus vigintiquinque annis constitutis de ijs, quæ ante impetratam veniam ætatis gesserunt, auxilium restitucionis in integrum denegetur, l. ea qua C. detemp. in integr. restit. & ibi Bald. Aduersus gesta † post completum trigesimum quintum annum, aut postquam administratio ipsi fuit decreta, etiamsi lœdatur, non habet restitucionem in integrum, l. i. vers. apparet ff. de minor. &c. l. 1. C. de his qui veniat. impet. aut si maior factus approbauerit, tacite vel expresse quod minor gesserat; l. 1. & 2. C. si ma. fact. rat. hab. nisi calliditate aduersarij, negotium sit protractum, ut maiore eo facto perficeretur, aut maior factus fuerit quædā executiue & ex necessaria † con. sequentia, seu sequela actus gesti in minore ætate,

estate, videlicet minor se immisit hæreditati paternæ maioriq; factus exegit aliquid à debitoribus paternis, minor vendidit, maior factus tradidit, quibus casibus si desiderat, in integrum est restituendus inspecto initio, l. demique §. si quis cum minore ff. de minor. 25. annū & ibi Bart. post gloss. quod si actus à maiore gestus non veniat executive aut non habeat necessariam consequentiam ad actus factos, in minori estate, cessat restitutio. Vnde minor contra quem, postquam maior est factus, conclusum fuit in causa, & lata fuit sententia petens restitutionem aduersus ipsam sententiam, non auditur, quando omnia acta iudiciale in minore estate sunt perfecte & solemniter facta, nam licet sententiam ferri habeat necessariam consequentiam, ad item motam, l. de quare ff. de iud. tamen talimodo ferri, non habet necessariam consequentiam ad initium litis motæ; vnde ex solo actu sententia fuit deceptus, & non ex consequentia primi actus, nam iudicia requirunt tractum temporis, & non possunt retrotrahiri ad momentum temporis, secus si peteret restitutionem aduersus sententiā, tanquam male latam, ex defectu libelli, vel ex defectu probationis, quam omiserat, in minori estate; quo casus sententia habeat necessariam consequentiam ad illum actum, quia iudex sic facere debuisset, Bart. in d. §. si quis cum minore & ibidem Bald. & DD. communiter. Ex t̄ quibus constat, quod minor restitutio petens, duo debet probare, primo, quod esset prior tempore contractus, vel sententia latet; secundo quod laetus sit, l. verum §. sciendum l. ait prator §. non solum ff. de minor. l. si minorem & ibi gloss fin. iuncta l. minoribus C. de integ. restit. minor. c. constitutus hoc tit. l. nam, postea §. si minor ff. de iure iur. Myns. obs. 16. cent. 4. velluctum captandum dolo aduersarij vel sua facilitate neglexerit, d. l. ait

prator §. fin. & l. seq. Pan in d. cap. constitutu. nu. 5. aut libibus & luxoribus se implicuerit, l. minoribus l. 1. l. quod si minor §. 1. l. non omnia ff. de minor. & c. Fallit in t̄ mutuo, in quo decep 10 t̄ us p̄ presumitur, nisi probetur locupletior, in odium feneratorum, l. 1. & 2. C. si aduersus cred. Fallit secundo, in minore petente restitutio nem in integrum contra appellatio nem à le omissam qui nō tenetur aliud probare quam quod sit minor, satis enim laetus censemur qui non prouocauerit, Myns. obs. 17. cent. 4. Datur quoque restitutio ecclesiæ, quæ viritur t̄ iure minoris facti majoris, intra quadriennium continuum à tempore laisionis, clem. 1. & ibi gloss. in verbo iure minoris hoc tit. c. 1. eodem in 6. vel à tempore emanatione confessionis iudicialis, si aduersus confessionem petatur restitutio computandum, cap. 2. hoc titul. in 6. ac t̄ etiam reipublicæ, l. rem publicam C. de iure reip. lib. x.: l. republicæ C. quib. ex caus. maior. ciuitati, castro, villa, l. si bares iussus §. vici & ibi las. num. 2. 3. & seqq. & DD ff. de legat. 1. Gail. obs. 62. lib. 2. quamvis loco priuatorum sint, l. eum quis in fine ff. de verb. signif. item majori, dummodo t̄ 13 iusta causa restitutio probetur, l. 1. ff. ex quib. caus. maior & c. Pan. in c. ex literu num. 5. & 7. hoc tit. etiam in causa fauorabili, ac matrimoniali, c. ex litteris hoc tit. l. 2. C. ex quib. caus. maior. & c. §. si quis agens. inst. de action. Negligentia procuratoris in non appellando, non præber iustum causam restitutio, cum imputandum sit principalis, qui debuit diligenteri procuratorem eligere, Bald. in auth. sed hodie num. 3. C. de appell. qui distinguit an procurator sit soluendo vel non Pan. in c. cum venissent num. 17. & 20. de ref. in integ. late Afflict. decis. 3. 4. 4. & ibi Vrsil. limitat tribus modis Quine. mandos. in foro commiss. 32. restit. ad prosecut. app. in verbo causam appellationis vers. contrarium dicens semper dari restitut. in matrimo-

nial.

nial. & caus. benefic. quia in istis non cadit estimatio.
 14. tio. Danda restitutio est † minori, & ijs, qui
 iure communi restituuntur in emai gesto,
 l. 1. vers. prator edict. & l. ait prator in princ. ff. de
 minor. Bart. in l. fin. sub n. 5 vers. aduerte C. in qui-
 bus causis in integr. restit. non est necess. (si nihil
 cum minore gestum est, licet laetus sit, non
 est locus restitutioni) l. verum §. sciendum ff.
 de minor. & c. l. non videtur & ibi gloss. l. C. de in-
 integ. restit. minor. & c. Bart. in l. xv. cum filius fa-
 milias §. in hac stipulatione num. 2. ff. de verb. ob-
 lig. Caesar. decis. 1. n. 5. & 6. hoc tit. siue contra-
 ctum † sit, siue quid aliud contigerit, sed
 et si ei pecunia à debitore paterno, vel pro-
 prio soluta sit, & hanc perdidit, aut fideiul-
 torio nomine se aut rem suam obligavit, vel
 se maiorem affirmauerit, tot. tit. C. si minor se
 maiorem dix. Myns. obs. 20. cent. 4. Pinguis est
 priuilegium ecclesiæ, in restitutione aduer-
 sus contra ctum, quam minoris, quia si mi-
 nor iurauit non contrauenire, non restitui-
 tur, eus. sacramenta puberum C. si aduers. vend.
 si autem Prælatus jurat non contrauenire
 in contra ctu damno eo ecclesiæ, sic iurando
 deierauit, & ecclesia eodem petente, vel a-
 lio restituitur, c. quod quis 35. quæst. 9. cap. si quis
 de rebus eccl. non alien. t. sicut. c. intellecto de in-
 reiur. c. cum venissent de Inist. In benefcialibus
 15. † minori non datur restitutio, si res non sit
 integra, quia beneficium sit collatum alte-
 ri, si ipse agat de lucro, cap. ex parte de rest. spoliat.
 & ibi Pan. num. 14. & 15. Put. decis. 5. de re-
 stit. in integr. Put. decis. 9. lib. 3. Garc. de benefice
 xij. cap. 3. §. 1. num. 60. & 61. Stante læsione,
 re integra, Put. decis. 3. de rest. in integr. Pau. in d.
 c. ex parte num. 14. & seqq. de restit. spoliat. & re
 non integra, minori datur restitutio ad be-
 neficium resignatum, etiam alteri colla-
 rum, si ex hoc laetatur, absque noua colla-
 tione: gloss. in d. l. ait prator in verb. quid aliud
 Pan. in d. cap. ex parte num. 14. post gloss. de restit.

spoliat. Put. decisione 427. lib. 1. Couar. var. restit. lib. 1. cap. 6. per tot. non tamen aduersus omis-
 sam publicationem resignationis beneficii:
 quia non facta publicatione, ex actu resigna-
 tionis, nihil illi fuit acquisitum. Put. decis.
 44. lib. 1. Achil. decis. 10. hoc tit. l. ait prator, &
 ibi gloss. in verb. quid aliud ff. de minor. Pan. in cap.
 ex parte num. 14. derestit. spoliat. Sed & † in iu-
 diciis minori libueniuntur, si dum agit, siue
 dum conuenitur, captus sit, d. l. ait prator in
 princ. & §. non solum, tam in petitorio, quam
 in possessorio iudicio manutentio, glossa
 in l. vñica C. si de mom. possess. & ibi Bal. num. 9.
 & DD. Caesar. decis. 2. hoc tit. ac recuperandæ
 siue in spolio, loan. And. in cap. 1. num. 2. hoc tit.
 in 6. & ibi Anchæ. num. 4. Gemin. nu. 6. Franc.
 n. 4. prope finem, & quando ex aliquibus signis, Ripa in c. sepe de rest. spoliat num. 2. enume at
 12. poslet videri, quod per possessionem in-
 ferretur enormissimum damnum; achill. de-
 cis. hoc tit. Ripa in c. quod sepe sub num. 3. dere-
 stit. spoliat. Curt. in c. admonendi numer. 203. ff. de
 iureiur. maiori vero in possessorio non datur
 restitutio. Caesar. decis. 16. num. 14. de prob. Put.
 decis. 34. & seq. lib. 1. gloss. in l. vñica in verb. refor-
 mationem, C. si de mom. poss. & ibid. DD. Franc.
 in c. 1. num. 4. de in integr. restit. in 6. nisi ob in-
 strumentum de nouo repertum. Caesar. decis.
 2. num. 3. hoc titul. per l. 1. ff. ex quibus caus. maior.
 Minor restituitur, si quasi contumax con-
 demnatus sit, l. minor 1. ff. de min. 25. annis. ad-
 uersus negligentiam procuratoris, cap. 2. hoc
 tit. ac post publicatas attestations, docto
 summariè, quod habet nouas probationes,
 aduersus necessariam probationem omis-
 sam, & super articulis antiquis prius proba-
 tis, licet minus sufficienter, l. minor viginti
 quinque 2. ff. de minor. & ibi DD. Eosdem iure
 vitur ecclesia, cap. coram hoc tit. nedum con-
 tra priuatum, sed etiam contra aliam ecclæ-
 siam, c. auditio hoc tit. & ibi Pan. nu. 16. post Inns.
 & Can.

18 & Can. Achil. decif. 9. hoc tit. Sed et si hæreditatem minor adit, minus lucratam, succurrit ei, ut se possit absinere; idem est, in qualibet alia successione, plane qui post aditam hæreditatem restituitur, debet præstare, si quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec periret per imbecillitatem ætatis, d. l. ait prætor § sed et si hæreditatem & §. seq. ff. hoc tit. §. extraneis ins. de hered. qual. & different.

19 Nec non t̄ in lucro omisso, si in optionis legato deceptus sit, dum eligit deteriorem; vel duas res alterna tue promiserit, & pretiosiorum dederit, si res eius venierit, & existat, qui plus licetatur: d. l. ait prætor § fin. & l seq. ff. de minorib. c. constitutus hoc tit. Item restituitur minor t̄ aduersus sententiam interlocutoriam ac definiti uam præsidis. Præfecto Prætorio Imperatoris & Pontificis præmissa cognitione læsionis interdum plena interdum summaria, l. cum & minores l. fin. si aduersus rem, Iud. Myns. gloss. 21 cent. 4. contra res bis

20 t̄ iudicaras in consistorio principis, ac sententiam summi Pontificis, cap. tum ex litteris hoc tit. Sufficitque qualisunque iniustitia etiam non notoria, ad revertendam sententiam etiam quæ transiuit in iudicatum in supremis tribunalibus; c. inter de re iud. l. plane vers. sed benignius ff. de petit. hered. Guid. Papa de c. 368. Cas. decif. 10. num. 12. de sent. & re iud. Rot. diuers. decif. 351. num. 5. part. 1. Card. Seraph. 251. Greg. xv. decif. 459. & ibi annot. item quando con stat de bono iure ex nouiter deducatis, Caput aq. decif. 94. part. 3. cap. cum olim de sent. & re iud. In danda minori restitutione 22 aduersus tres t̄ conformes; Rota variè processit, & alias secura fuit opinionem Bald. & Alex. negatiuam, ne tres sententiae magno dispendio obtentæ sicut ludibrio, aliquando secura est opinionem Salyc. affirmatiuam, quando vel ex nouis vel antiquis probatio nibus aliiquid apparet, quod excludit præ-

sumptionem calumnia, Caffad. decif. 1. & Ca far. decif. 1. hoc tit. Cou. pract. quæst. lib. 1. cap. 25. num. 7 Myns. obs. 84. cent. 3. Sed quando agitur de reuocandis sententiis rotalibus execu tioni demandatis, & per plures annos obseruatis, requiritur probatio notoria iniustitiae, quæ nullo velamine offuscari & nulla excusatione celari possit, Fel. int. inter cateras sub num. 4. vers. sexta declaratio & num. 5. & seqq. de re iud. Dec. in c. quoniam contraru. 151. & seqq. de prob. Greg. xv decif. 501 num. 1. Non lo lum t̄ autem minoribus, verum hæredibus, & ceteris successoribus vniuersalibus minorum datur in integrum restitutio, etiamsi sint ipsi maiores, l. non solum ff. de in integr. restit. l. minor autem §. fin. cum l. seq. ff. de minor. &c. Myns. obs. 19. cent. 4. Ac patri, qui occupat peculium profectiuit, iure patriæ potestatis, l. denique §. Pomponius ff. de minor. Semper fit restitutio contra illum t̄ cum quo gestum, 24 contra dictum ve est. eiusque hæredem, in subsidium contra tertium, apud quem res pert uenit, si sciuit rem istam gestā esse cum minore, vel cognitione præatoria, vel rescissa alienatione, dato in rem iudicio, si ignorauit, & prior emptor non est soluendo, & quius est minori succurri, etiam aduersus ignorantem, quamvis bona fide emptor est, sed ubi restitutio datur, posterior emptor reuerti ad auctorem suum poterit; quia plures quoque personas si emptio ambulauerit, idem juris est, l. in causa cognitione la. 1. §. fin. cum 2. ll. seqq. ff. de minor. tjs. citatis & causa cognita, d. l. in causa la. 1. §. causa l. 3. ff. de integr. restit. l. etiamsi §. fin. ff. de minor. Si nulla alia actio supereft, nam si merito iure quis munitus sit, 25 non debet ei tribui hoc extraordinarium auxilium, l. in causa la. 2. in princ. & §. 1. ff. de minor. Fallit t̄ in conditione indebiti, velsine 26 causa, quæ restitutionem non impediunt, d. l. in causa la. 2. §. 1. secundum ynälecturam, Item

Summa in Decretales.

Cc

cu-

cumulatio nullitatis & restitutionis in integrum, cap. constitutus hoc tit. Mynf. obs. 25. cent. 2. Ac rei vindicationis & restitutionis in integrum permittitur, Mynf. obs. 25. cent. 2. Guido Papæ q. 143. Fallit & in actione de do-
lo, quæ non competit ei cui datur restitutio in integrum, Bart. in l. 1. §. idem Pomponius refert ff. de dolo, Quod si minor om̄ illo auxilio ordinario, quod paratum habet contra curatores, & administratores suos idoneos constitutos, petat restitutionem in integrū, contra possessorem terum luarum alienatarum, tenetur ei præstare om̄es expensas viles & necessarias, quas bona fide emptor fecisse approbauerit, l. intra vtile §. si ff. de mi-
nor. &c. Datur quadriennium † continuum ad interponendam contestationem itemque finiendam, ex quocunque capite restitu-
tio postuletur: (licet Bart. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter num. 12. distinguat, an restitutio petatur aduersus contractum, vel aduersus læsionem ex maiori tempore quadriennio contingentem, an vero aduersus læsionem minoris temporis, & hoc casu dicat restitutio petendam, intra tantum tempus, quantum est illud, in quo fuit læsus) de quo minor æras, iusta absentiæ, & omne impedimentum legitimum excipitur etiam ex iusto metu, vel alias ex culpa, vel facto iudicis, vel aduersarij forsitan appellantis ab aliqua interlocutoria, vel alias proueniens, l. fin. C. de temp. in integr. restit. &c. Clem. 1. & ibi gloss. in verbo finiri hoc tit. l. intra vtile ff. de minor. &c. Cassad. decis. 2. hoc tit. Myus. obs. 5. cent. 1. dic-
cens superscript. dogma in Camera imp. non ser-
uari, & tempus instantiæ causa nullitatis, li-
cet in ea succubuerit, qui instat pro restitu-
tione, arg. l. contra maiores C. de inoff. testam. &
ibi gloss. fin. & DD. Achill. decis. 1. hoc tit. vt eu-
tentur circuitus, & ne petatur restitutio ad-
uersus restitutioem, Ideo index, antequam.

declareret instantiæ, & causam restitutioem in integrum ex lapsum † quadriennij, per temp. 28 tain; debet præmittere cognitionem quia subductio impedimentorum requirit inquisitionem facti, l. 1. ff. de divers. & temporal. p. script. l. 3. §. si ad diem ff. de milie faciunt not. per Bald. in l. eos 1. num. 7. C. de appell. Franc. in c. ex ratione num. 101. de appell. Sententia, post quadriennium elapsum, lata pro actore est ipso iure nulla, d. l. fin. C. de temp. in integr. restit. & ibi Bald. num. 3. & DD. gloss. in Clem. 1. in verb. finiri & ibi DD. hoc tit. arg. clem. sunt appellationem & clem. si appellationē de appell. Quadriennium autem incipit currere † à die lx-
sionis, vt dictum est, Clem. 1. hoc tit. & pro varietate subiecti, varie currit: minori currit à principio vigesimi sexti anni ætaris suæ, vt dictum est: maiori lapsu tempore absen-
tiæ currit, post reversionem & postquam compoluit sarcinulas: l. ab hostibus §. fin. &
ibi gl. mag. & DD. ff. ex quib. caus. maior. Sicc-
lesia non probauit, in peremptorio, currit à fine termini, & non à die sententiae; quia finito termino peremptorio completa fuit læ-
sio: c. 2. & 3. gloss. in cl. l. in verbo à tempore hoc
tit. Ad petendam restitutioem ad appeal-
landum, currit à lapsu decem dierum: ad-
uersus tententiam à die sententiae: aduersus
lapsum fatalium, ubi fatali sunt lapsa, ad-
uersus contractum à die contractus: c. 1. hoc
tit. in 6. & ibi loan. And. sub num. 4. & Franc. sub
n. 2. in 3. not. Aduersus confessionem ab ipsius
confessionis tempore: c. 2. hoc tit. in 6. Post
quadriennium lapsum non datur restitutio
maiori etiam ex noua causa, Achill. decis. 8.
hoc tit. attestans ita seruari, in Rota vt si aliquis li-
tium finis, neque etiam ecclesiæ vel minori,
c. 1. resp. hoc tit. in 6. & ibi glo. in verbo admittenda,
nisi prævaricationis aut fraudis manifesta
proberet commentum, aut alia rationabili
causa subsit, d. c. 1. §. nisi hoc tit. in 6. quibus
casibus

casibus minor & ecclesia restituantur post quadriennium, Franc. in d. 1. num. 3. l. meminerint. vers. fin autem C. vnde vi & ibi gl. fin. & DD. non beneficiatus, Card. in clem. 1. in 6. quest. hoc tit. Put. § 9. & decis. 60 lib. 1. & decis. 279 n. 5. lib. 3. etiam si constaret de bono iure beneficiati, Put. decis. 370. lib. 2. per cap. 1. in fine hoc tit. in 6. Dilatio † probatoria, quæ intra metas restitutionis valeat arctari, auctori & reo tribuitur, quod si intra eas angustari nequeat, quippe si in confinio quadriennij petatur, & eius terminos prorogabit, denegatur auctori, propter eius negligentiam; in eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora, superstite quadriennio, posset includi: reo ex iusta causa conceditur, etiam si sese ultra quadriennij definitionem proferat; quia nequaquam steterat in eius potestate, quando litigio pulsaretur, l. petenda C. de temp. in integ. restit. Etenim potest index, ex causa, tempus fatale restitutionis in integrum, & appellantis, propter necessariam dilationem prorogare; quod perempta instantia, pereat tam instantia quam causa, licet non possit de iure ciuii, tempus instantiæ causa principalis prorogare; l. properandum per totum & §. fin. C. de iud. Quia in prima instantia causa principalis, perempta instantia, remanet salua causa, ut possit eam de nouo inchoare, Bart. in d. l. petenda n. 3. Dilatione à reo impetrata auctor in requirendis probationibus ut minime prohibetur, d. l. petenda. Quod si nulla auctoris negligentia redargui possit, quidedit libellum circa principium quadriennij, & diu per reum fuit disputatum super libello, & legitimacione personæ, seu constituti procuratoris, quod modicum ex quadriennio superest ad probationes faciendas, auctori dabitur dilatio, quæ quadriennij dimensionem excedat, quia cum cessatio neglig-

gentie, cessat lex, Bart. in d. l. petenda num. 3. Si pronunciatum fuerit libellum faisse aptum seu mandatum sufficiens, securus si pronunciatum fuerit, super ineptitudine libelli, l. accusaturus ff. de adult. l. quod si nolit. §. si mancipium ff. de edil. edict. l. si pater C. ne de stat. def. Bald. in auth. ei qui appellat num. 2. C. de temp. appell. aut mandatum non sufficere, c. Nicol. 40 de appell. l. si procuratorem §. si tutoris ff. mand. l. 2. §. si master ff. ad SC. Tertull. & c. Bald. in d. auth. ei qui appellat sub n. 2. vers. quaro si appellans misit & c. Restitutio † minori concessa, non prodest 32 cuius si deiuslori, nisi minor dolo aduersarij fuerit circumscriptus, l. 1. & 2. C. de fideiuss. min. & data minori fideiusslori aut mandatori non liberat reum principalem: l. minor se in id ff. de minor. & c. concessa filiofamilias minori non prodest eius patri, proinde si iusu patris obligatus sit, pater poterit in solidum conuenire; filius autem auxilium restitutionis impetrare debebit, si ipse conueniat, si sine iusu patris contraxit, & captus est, siquidem pater de peculio conueniat, filius non est restituendus, si filius conueniat, poterit restitui siue principaliter siue fideiusslori nomine sit obligatus, nam licet inter sit filij, peculium habere, niagis tamen interest patris, qui potest ad libitum peculium reuocare, quam filij. l. denique §. sed virum ff. de minor. & c. & ibi gloss. & DD. filiafamilias in dote capta, dum consentit patri, non statim dotem stipulanti quam dedit, vel adhibenti aliquem, qui dotem stipularetur, restituenda est, quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est, d. l. denique §. ergo etiam, Minori † non datur restitutio propter minimam rem, vel summam, si maioris rei, vel summae præjudicetur: l. suo ff. de restit. in integ. Quando mandato maioris res eius administravit, cum eo modo potius majori consuleretur, cuius damno res sit

C. 2. cessura:

cessura; l. cum mandato ff. de minor. Quando
damnum prouenit ab eventu, l. verum § sci-
endum ff. de minor. in rebus fortuitis easibus
subiectis, nisi aut sordes aeo euidens gratia
tutorum vel curatorm doceatur: l. celsi sine
in princ. vers. & districte ff. de minor. Et. Adver-
sus contractum iuratum etiam si non fuerit
certioratus, DD. in auth. Sacra menta puberum
C. si aduersus vendit. Can. in cap. cum contingat de
iure iuri. Gail. obs. 41. lib. 2. Sed arguere poterit
contractum huiusmodi nullitatis ob defe-
ctum solemnitatum: c. cum dilecta § fin. dere-
script. c. venerabilis offic. de leg. l. cum si §. si pre-
ceptor ff. de transact. Gail. obser. G. lib. 2. Aut dol-
lum verum, l. si ex causis §. nunc videndum ff. de
minor. Et. vel presumptum in futurum; l.
auxilium 3. resp. ff. de minor. Secus in dolo præ-
sumpto in præteritum ut non præsumatur:
lybiff. deedendo Bart. in d. l. auxilium numer. 1. &
2. & ibi DD. omissas obiectiones contra te-
stes, Bald. in d. l. auxilium ante num. 1. ff. de minor.
Aut omissa interrogatoria Clem. non potest &
ibi glossa in verbo grauiora deprecatur. Cap. Tholos.
quæst. 53. omissas exceptiones declinatorias
iudicij; Innoc. in c. coram in verbo interlocutio hoc
titul. Archid. in c. religiosum in gloss. final 87. dist.
Ut testes pro aduersario examinati contra
ratiūm deponant, Caesar. decif. 1. num. 9. & seqq.
hoc tit. per infra alleganda. Quia statut primo
dicto: c. cum in tua & ibi Pan. sub numer. 9. vers.
aut ex intervallo Felin. nume. 4. vers. secunda con-
clusio de testib. Rot. decif. 19. de testib. nou. Quan-
do obligatio habet originem contra maio-
rem, & cum minore nihil est gestum: l. E-
milius ff. de minor. Et. l. apud Julianum ff. ex qui-
bus causis 17. poss. ff. eatur. l. eum filius fam. §. in
8ac. & ibi glossa in verbo stetisse & Bart. num. 2. &
3. ff. de verb. oblig. In executionibus sive prole-
ctionibus pœnarum contra alios: l. auxilium
ff. de minor. Et. in delictis dolo, secus si culpa,
a se commissis, quando est doli capax, §.

pen. Inst. de obliz. quæ ex delict. nasc. Et. l. 1. C. si
aduersus delictum l. si quis reum & ibi post glos.
DD. C. ad leg. Corr. de sicar. nisi quatenus in-
terdum miseratio ætatis ad medio cre-
pœnam iudicem perduxerit: d. l. auxilium §.
in delictis l. si ex causa §. nunc videndum ff. de mi-
nor. Aut si eum ex damno dato confitei pos-
sit, ne dupli teneatur, maluit negare in hoc
solum restituatur ut pro confessio habeatur,
& si potuit pro furto damnum decidere,
magis quam actionem dupli vel quadrupli
pati, ei subueniat, ut habeatur pro trans-
acto. d. l. si ex causa §. sed si. Denique non fit
ætatis excusatio aduersus præcepta legum
ei, quidum leges inuocat, contra eas com-
mittit, l. auxilium in fine ff. de minor. Et. & ibi
post gl. bn. DD. facit c. bon. memor. el. l. circa finem
principiis de elect. cap. quia frustra delect.

In danda vel deneganda restitutione † 33
aduersus vñcupionem, & præscriptiones
seruandæ sunt infra scriptæ regulæ. Quædā
currunt contra minorem, sine ope restitu-
tionis vi 60. dierum, in quibus iure mariti, si-
ne calunnia, vxorem adulterii potest accu-
sare: anni in actione iniuriarum: l. auxilium in
princ. ff. de minor. Et. quinquennii, quod obij-
citur minori ad tuendum statum defuncti l.
si mater tua C. ne deflat defuncti Et. l. non est ff.
eo em nō numeratae dotis, auth. si minor & ibi
gl. mag. in verbo parens maiori in fine C. de temp. in
integri restit. Quædam ipso iure veteri & no-
nionon currunt minori, ut quinquennii ad
proponendam querelam in officiis testa-
menti. l. 2. C. in quibus caus. in integrum restit. non
est necessaria, legitimi temporis ad petendam
restitutionem in integrum ex persona de-
functi, cui minor successit: l. interdum ff. de mi-
nor. Et. quinquennii vel longi temporis, ad
inducendam confirmationem alienationis
titulo oneroso vel lucrativo immobilem
minoris sine decreto iudicis; quod minori
etiam

stiam hæredi maioris non currit, nisi post completum vigesimum quintum annum, l. fin. C. si maior factus alien. fæ. sine decreto rat. hab. & ibi gloss fin & DD. Quædam vero per iura vetera currebant contra minores; per in integrum autem restitutionem, eis subuenient, quæ hodie, siue breuis, siue longi temporis, si incipiunt contra minores, minoribus ipso iure non currunt: melius enim est intacta eorum iura seruare, quam post vulneratam causam remedium querere: l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necesse. ideo exceptio non numeratae pecuniae potest opponi, per minores toto tempore ætatis, & post usque ad biennium. Cum enim incipiat currere post vigesimum quintum annum completum, læsio non pertinet ad ætatis beneficium siue quadriennium, quod datur post perfectam ætatem, l. dol. mali §. diuersum el. & ff. de nouat. tempora quoque quæ dantur ad petendam bonorum possessionem hodie ipso iure non currunt minoribus. Bart. in l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necesse num. 12. Fallit hæc regula in præscriptionibus siue dilationibus, quæ currunt minori sed restituitur ut in tempore instanti, l. properan lum §. fin. C. de iud. Pan. in c. fin. n. 3. hoc tunc. apellationis interponenda l. r. C. si sevus in integr. rest. post. & prosequenda, l. fin. C. si aduersus rem ind. & ibi gloss. fin. & Bart. in omnibus dilationibus datis à iudice, l. & se fine § pen. & fin. ff. de minor. &c. in tempore conficiendi inuentarii, §. pupillus auth. de hæred. & falcid. Fallit secundo vbi olim dabatur restitutio non simpliciter, seu cum quodam ordine in defectuum tutoris, curatoris, procuratoris, quæ etiam hodie currunt ipso iure. Bald. in d. l. fin. post num. 4. C. in quib. caus. in integr. &c. l. intravile §. vendentibus & l. cum mandato §. fin. autem ff. de minor. Si vero incipiat contra maiores, currunt minoribus &

si complentur contra illos restituuntur; gl. in l. vnicia C. si aduers. vsucacionem l. si fundum ff. de fund. dat. tum quia in præscriptionibus spectamus initium. l. iusto §. si posse sionis ff. de vsucup. tum quia per eas à minoribus anteretur dominium; ipse enim videntur alienare, & transferre in eū cum quo gestum contrahendum fuit, l. alienationis ff. de verb. signif. aut contra minores inducitur obligatio, vt in exceptione non numeratae pecuniae, quando biennium completur in persona minoris, l. si intra C. de non numer. pecun. & ibi glossa, & probato cursu præscriptionis præsumitur læsus, Bart. in d. l. final. num. 8. in fine & n. 9. C. in quib. caus. in integr. &c. licet Bald. ibidem n. 7. aliter sentiat quem vide, Idem obtinet in præscriptione inducta + ex ultimis voluntatibus, Bart. in l. fin. num. 13. C. in quib. caus. in integr. restit. & conuentionalit, vt si cum minore aliquid geratur, ex quo læditur, quia ipse interpellatur, competit sibi restitutio, l. cum filius §. in hac & ibi Bart. & QD. de verb. oblig. si cum minore nihil geritur, quia defunctus dedit creditori potestatem vendendi, post annum, & ipse vendidit ex potestate habita à defuncto absque aliquo facto vel gesto cum minore, cessat restitutio, l. emilius ff. de minor. &c. l. 2. C. si aduers. vendit. pign. & ibi gloss. & DD. Bart. & Bald. in d. l. fin. C. in quibus caus. restit. in integr. non est necessaria. ex edito de minoribus; sed peti poterit ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur posita, in l. i. §. fin. ff. ex quib. caus. maiores, &c. allegando se ignorasse patrum factum, cum defuncto, glossa in l. cum filius. § in hac ff. de verborum oblig. Dyn. in c. si quis in ius de reg. iur. in 6. Bart. in l. emilius numer. 5 ff. de minor. 25. annis. Præscriptio statutaria siue consuetudinaria, quæ auferit minoribus, quod sibi iam quæsumum est, ipso iure non currit minoribus, quia statuta recipiunt interpretationem restri-

34
Cc 3. Etiam.

Etiam, ne quis indebita damnum patiatur,
l. 2. C. de noxa. l. Cæsar. ff. de public. l. adigere §.
quamvis de iure pat. quæ vero excludit à lucro
captando, videlicet ut liceat proximiori rem
venditam extraneo intra certum tempus re-
cuperare, oblatio pretio currit, contra mi-
nores, sed contra eam datur restitutio; quia
statuta non recipiunt interpretationem re-
strictiuam ut quis lucretur, cap. constitutus hoc
tit. & ibi Pan. num. 5. & 6. & Can. Bart. in l. fin.
num. 14. & seqq. C. in quib. caus. in integr. restit. non
est necess. l. ait prator. §. fin. & l. seq. ff. de minor. &c.

36 Prescriptiones † longissimi temporis triginta
aut quadraginta annorum, in suo statu
remanent, & currunt contra minorem, ex-
cepta pupillari ætate, in qua interim dor-
miunt: l. sicut C. de prescript. 30. vel 40. annorum
gl. fin. in d. l. fin. C. de temp. in integr. restit. si ma-
ior est pupillo, & prescriptio triginta anno-
rum cœpit contra eum, & finitur cum eo,
tunc currit sine lpe restitutionis; quia exce-
dit ætatem viginti quinque annorum, &
quatriennium quod datur ad petendam
restitutionem; si vero cœpit cum maiore, vel
cum minore, & finitur cum minore, tunc
currit, licet detur restitutio. d. l. sicut Bart. in
d. l. fin. num. xij. C. in quib. caus. restit. in integr. non
est necess. Este deus restitutio † in integrum
varius est secundum subiectam materiam,
in restitutione aduersus sententiam, perinde
est ac si sententia lata non esset: aduersus
omissam appellationem, salua manet sen-
tentia, sed tenetur restitus appellare intra
decem dies, non enim per restitutionem
datur plus temporis, quam id in quo læsus
fuit, l. interdum §. plane ff. de minor. Clem. 1. hoc
tit. & prosequi appellationem intra terminum iuris, & dicitur prima appellatio: l. 1. &
ibi gloss. fin. C. si sepius in integr. restit. postul. Ioan.
Andr. in cap. fin. in 7. quæst. h.t. & ibi Pan. sub n.
5. vers. quando restituunt ad appellandum &c. ad-
uersus lapsum fatalium restitutus tenetur

protogare fatalia, vel iuxta stylum Rota
sufficit diligens instantia, petendo præfigi
terminum, & procedi iuxta formam com-
missionis, quia de stylo Rota non solet præ-
figere terminum, ne videatur restituere, sed
prius cognoscit de bono iure, & postea non
alias pronunciando super restitutione, vel
non restitutione, si præcedens sententia est
iusta, eam exequitur, sin minus eam revo-
cat, Cæs. decis. 3. sub num. 5. vers. dubium &
numer. 12. & seqq. hoc titul. Cæsar. decis. 4. de a-
pell. Semper † autem expensæ solvi debent
ab eo qui petit restitutionem, etiam ab ec-
clesia, & collegio petente le restitui in inte-
grum aduersus aliam ecclesiam. Achil. deci-
sione 14. dere iud. auth. quirem & ibi Det. & DD.
de sacros eccl. Restitutio † postulata impe-
dit executionem sententia latæ, leg. unica C. 39
in integr. restit. post ne quid nou. fiat & ibi glossa fi-
nal. Cassad. decis. 13. de rescriptis quia esse clausi
ius suspenditur per restitutionem in inte-
grum, ac procedi debet, ac si omnia essent
integra, l. unica C. in integr. restit. post ne quid
nou. fiat. cap. suscitata & ibi glossa in verbo pensata
& Can. de restit. in integr. Rota dicens. decis. 350. nu.
1. part. 1. Fallit † quando ex pluribus pre-
sumptionibus in petente restitutionem, ar-
guitur ex cogitata malitia, tunc enim fit exe-
cutio sententia, cautione idonea recepta
quod si petens restitutionem in causa ipsa
prævaluerit, vniuersa quæ medio tempore
occasione sententia ipsius, is pro quo lata
fuit, perceperit, ipsi restituet: cap. suscitata &
ibi glossa final. & Can. Mynsingerus obseruat, 84.
centur. 1. de stylo restitutio † non retardat ex-
ecutionem, primo loco petitam; secus si cau-
ta restitutionis fuerit commissa ante petitam
executionem, Paul. de Castro in auth. qua suppli-
catio sub num. tertio, & &c. vel die melius aut
incipit ab executione C. de precibus Imper. offer.
Rip. in l. 4. § condemnatum num. 30. ff. de re iud.
Cæsar;

41

Cesar. decis. i. numero 14. hoc tit. & decisione 4.
num. quarto de caus. posses. & propriet. quia tunc
debet procedi, ac si omnia essent integra,
d. l. vna C. in integr. rest. post ne quid nou. sit. &
possessor poterit petere & obtinere manu-
tentionem, Casar. decisione 4. numer. 4. de caus.
posses. & propriet. toto tit. C. in integr. rest. postul.
42 ne quid nou. sit. Restitutio concessa † prout
de iure retardat executionem donec cog-
noscatur, an sit danda restitutio, l. 4. §. con-
demnatum & ibi Bartol. numero tertio in fine ff.
de re iud. Rota decisione 5. de appell. in non in 1 du-
bio Put. decisione 4. 4. 6. lib. 2. etiam si requirat
altiorem indaginem, l. 4. §. condemnatum & i-
bi lason numero 26. attestans de communione & DD.
ff. de re iud. sed si sit praefixus terminus per
commissionem, & non sit dictum de causa
restitutionis, sit executio: Put. d. decisio. 4. 4. 6.
in secundo dubio libro secundo. licet rei iudica-
tæ, quando de ea clare constat, non præiu-
dicat commissio cause in Rota cum clau-
sula prout de iure. l. final. C. quæ sentent. refe. non
poss. cap. exhibita de arbit. l. causas vel lites & ibi
late lason num. sexto & seqq. C. de transact. Greg.
43 xv. decisione 492. numero 4. Restitutio † semel
concessa iterum conceditur ut minor hære-
ditatem adiuv. probata læsione restituitur,
vt ipsam repudiet: iterum aliqua pecunia
hæreditaria apparet nunc, quæ præcedenti
tempore latebat, & sic probatur læsus, quia
repudiauit, iterum restituetur ut adire
possit. l. & si sine §. restitutus & ibi glossa ff. de
minor. Semel † denegata sive contra contra-
ctum sive contra sententiam, Iohan. Andr. in c.
fin. in tercia quæstione numero 16. hoc tit. ac etiam
in beneficialibus, Put. decisione 279. sub nume-
ro 2. vers. tamen ex alia ratione &c. & num. seqq.
lib. 3. per l. 1. & 2. C. si sap. in integr. restit. postul.
non conceditur maior. Achil. decisione 8. hoc
tit. per l. 1. & 2. C. si sap. in integr. restit. postul. quia
de iure maiores non restituuntur, nisi ex
gratia: neque etiam minori, vel ecclesiæ,

præterquam ad appellationem omissam à
sententia denegationis: quæ nunc impera-
tri & concedi debet, non à iudice à quo, vel
ab illo iudice, qui potest restituere contra
sententiam, Iohan. Andr. in d. c. fin. in 6. q. num. 19.
vel etiam ad totam causam, propter pro-
bationes, sive defensiones de novo reper-
tas, quæ extabant non exhibitas, l. 1. 2. &c. 3.
C. si sap. in integr. restit. postul. c. fin. hoc titul. & ibi
gloss. final. & Can. gloss. in d. §. restitutus & ibi
DD. tam super ætate, quam læsione, & alia
quacunque probatione: Salic. in l. fin. C. si sap.
in integr. restit. &c. Pan. in d. c. fin. num. 4. & ibi
Iohan. Andr. in 8. quæst num. 21. Achil. decis. 7. hoc
tit. Put. decis. 278. in princip. lib. 3. Myns. obs. 52.
cent. 1.

Dealienatione iudicij mutandi causa
facti,

Titulus XLII.

S U M M A R I A.

- 1 Alienatione à reo iudicij mutandi causa facti
restitutio in integrum edicto perpetuo per-
mittitur, per actionem in factum in qua tria
requiruntur.
- 2 Ut fiat dolo malo.
- 3 Causa mutandi futurum iudicium.
- 4 Quod actus interficit.
- 5 Interesse autem consideratur ratione loci.
- 6 Persona.
- 7 Priuilegii causa.
- 8 Impensarum & incommodatum actoris.
- 9 Obligationis & actionis extincta per alienatio-
nem ipso iure exceptione vel prescriptione.
- 10 Actio hæc in factum datur ei in cuius fraudem
alienatio est facta, eiusq; heredibus.
- 11 Contra eum qui alienauit, in heredem vero e-
ius, aut post annum utilem non datur.
- 12 Reo competit exceptio excusationis.
- 13 Is quoq; in quem alienatio est facta, Conveni-